Coſe, o padre, e difendere quell' altro.
Mi. Mi fai ridere. Tu volevi, ch' io
Deſſi contro a colui, che mi conduſſe
Per avocato? Ma che importa a noi
Di queſto, Eſchino? Che abbiamo a far mai
Con queſte Donne? Andiam pei fatti noſtri.
Che cos' è? perchè piangi?
Eſ. Padre, udite
Di grazia. *Mi.* Eſchino, ho inteſo il tutto, e ſo
Il tutto: e perchè t' amò, ſai, mi ſtanno
Senſibilmente al cor le tue premure.
Eſ. Così piaccia agli Dei, padre, di farmi

vivas mi pater,
Ut me hoc delictum admisisse in me, id mihi vehementer dolet,
Et me tui pudet.
Mi. *Credo hercle: nam ingenium novi tuum*
Liberale: sed vereor, ne indiligens nimium sies.
In qua civitate tandem te arbitrare vivere?
Virginem vitiasti, quam te jus non fuerat tangere:
Jam id peccatum primùm magnum, at humanum tamen:
Facere alij sæpe item boni. at postquam id evenit, cedò,
Nunquid circunspexti, aut nunquid tute prospexti tibi
Quid fieret? quia fieret? si te ipsum mihi puduit dicere,
Quà rescisscerem? hæc dum dubitas, menses abierunt decem.
Prodidisti & te, & illam miseram, & gnatum, quod quidem in te fuit.
Quid credebas dormienti hæc tibi confecturos Deos?
Et illam sine tua opera in cubiculum iri deductum domum?
Nolim caterarum rerum te secordem eodem modo.
Bono animo es, duces uxorem hanc.
Æs. *Hem.*
Mi. *Bono animo es, inquam.*
Æs.

Per fin che viverete degno del
Voſtro amor; come ſento eſtrema pena
Di aver commeſſo queſto errore, e come
Io ne arroſſiſco innanzi a voi.
Mi. Lo credo;
Certamente, poichè conoſco, che
Sei d'indole gentil. Tutta via, temo,
Che tu ſia troppo negligente. In qual
Città ti penſi d eſſere? Togliesti
L'onor ad una giovine, che per
Ragione non dovevi farlo. Queſto
Primieramente è un gran fallo; pur, via
E' un fallo umano, ed altri galantuomini
Par tuoi ſpeſſo v'incorſero. Ma dimmi:
Succeſſo queſto tanto, hai tu penſato,
O proveduto a te ſteſſo quel ch'era
Da fare, ed in qual modo? Se tu avevi
Roſſor di dirlo a me, come poteva
Saperlo io mai? Stando tu così in ponte,
Scorſero dieci meſi: e non mancò
Da te di non tradir te ſteſſo, quella
Grama giovine, e tuo figlio. Che coſa
Credevi, che dormendo ti cadeſſe
Il preſente, ſull'uſcio? o che ti ſi
Conduceſſe la ſpoſa a caſa, e in letto
Senza, che tu levaſſi le lenzuola?
Io non vorrei, che nell'altre tue coſe
Tu foſſi tanto traſcurato ve'.
Ma ſta di buona voglia. Ella ſia tua
Moglie. *Eſ.* Oh.
Mi. Sta di buona voglia, dico.
Eſ.

Æſ. *Pater:*
Obſecro, num ludis tu nunc me?
Mi. *Ego te? quam ob rem?*

Æſ. *Neſcio:*
Niſi quia tam miſerè hoc eſſe cupio verum, eò vereor magis.
Mi. *Abi domum, ac Deos comprecare, ut uxorem accerſas: abi.*
Æſ. *Quid? jam ne uxorem?*
Mi. *Jam.*
Æſ. *Jam?* Mi. *Jam quantum potes.*

Æſ. *Dij, me pater,*
Omnes oderint, ni magis te, quàm oculos nunc amo meos.
Mi. *Quid? quàm illam?*
Æſ. *Æque.* Mi. *Perbenignè.*
Æſ. *Quid? ille ubi eſt Mileſius?*
Mi. *Abijt, perijt, navem aſcendit: ſed cur ceſſas?*

Æſ. *Abi, pater,*
Tu potius Deos comprecare; nam tibi eos certè ſcio,
Quò vir melior multò es quam ego, obtemperaturos magis.
Mi. *Ego eo intrò, ut quæ opus ſunt, parentur:*
tu fac, ut dixi, ſi ſapis.

Æſ. *Quid hoc eſt negoti? hoc eſt patrem eſſe, aut hoc eſt filium eſſe?*
Si frater, aut ſodalis eſſet, qui magis morem gere-

Eſ. Padre, per voſtra fe, mi deludete
Ora?
Mi. Perchè deluderti? perche?
Eſ. Nol ſo, ſo queſto, che quanto piu avida
mente bramo, che cio ſia vero, tanto
Piu temo, che nol ſia.
Mi. Va in caſa, e prega
Gli Dei; che ſia felicemente: va
Subito. *Eſ.* Che deggio prenderla adeſſo?
Mi. Adeſſo.
Eſ. Adeſſo? *Mi.* Si, piu preſto chel
Si potrà.
Eſ. Che gli Dei, padre, mi guardino
Tutti con odio, s' io non v' amo piu
Degli occhi miei.
Mi. Come? piu di coſtei?
Eſ. V' amo egualmente. *Mi.* Sei gentile.
Eſ. Ma
Dov' è quel da Mileto? *Mi.* Ei ſen' è andato
Tutto confuſo, e s' imbarcò. Ma coſa
Stai piu badando? *Eſ.* Padre, voi potete
Gire a pregar gli Dei; che tanto piu
Rimarrete eſaudito, quanto ſiete
Miglior di me.

Mi. Io vo dentro per fare
Apparecchiar cio che conviene. E tu
Fa, s' hai giudizio, quello, che t' ho detto.
Eſ. Che coſa è queſta? deve far così
Un padre, o così un figlio? s' egli foſſe
Un mio fratello, o un mio compagno, mi
Po-

gereret?
Hic non amandus? hiccine non geſtandus in ſinu eſt? hem,
Itaque adeò magnum mihi iniecit ſua commoditate curam,
Ne forte imprudens faciam, quod nolit: ſciens cavebo.
Sed ceſſo ire intrò, ne mora meis nuptijs egomet ſiem?

SCENA VI.

DEMEA.

De. *DEfeſſus ſum ambulando, ut Syre te cum tua*
Monſtratione magnus perdat Iuppiter.
Perreptavi uſque omne oppidum. ad portam, ad lacum,
Quo non? neque illhic fabrica ulla erat, neque fratrem homo
Vidiſſe ſe ajebat quiſquam. nunc verò domi
Certum obſidere eſt uſque, donec re dierit.

Potrebbe andar piu a ſeconda? Non merita
D'eſſere amato? non merita d'eſſere
Portato in palma di mano? Ah, con tanta
Sua bontà fece entrarmi ora uno ſcrupolo
Di non far ſino inavvedutamente
Qual coſa che gli rincreſca. Sapendolo
Nol farò già. Ma che bado, che non
Entro, per non eſſer cagione io ſteſſo
Di allungar le mie nozze?

SCENA VI.

DEMEA.

De. IO ſon già ſtanco
Di caminar. Che ti colga il malanno,
Siro, con queſto maledetto tuo
Inſegnarmi. Ho cercato tutta la
Città: fui alla porta, fui al fiume;
E dove diavolo non ſono io ſtato?
Non era quivi neſſuna bottega,
E neſſun' anima viva, che mi
Diceſſe di aver viſto mio fratello.
Ho ſtabilito ora di ſtar in caſa
Sedendo, finch' egli ritorni.

SCENA VII.

MITIO, DEMEA.

Mi. *IBo illis dicam nullam esse in nobis moram.*

De. *Sed eccum ipsum. te jamdudum quaro, Mitio.*

Mi. *Quidnam?*

De. *Fero alia flagitia ad te ingentia Boni illius adolescentis.*

Mi. *Ecce autem.*

De. *Nova, Capitalia.* Mi. *Obe, jam.*

De. *Nescis qui vir siet.*

Mi. *Scio.*

De. *Ah, stulte, tu de psaltria me somnias agere. Hoc peccatum est in virginem civem.*

Mi. *Scio,*

De. *Eho, scis, & patere?*

Mi. *Quidni patiar?*

De. *Dic mihi, Non clamas? non insanis?* Mi. *Non.*

* *Malim quidem.*

De. *Puer natus est.* Mi. *Dij bene vortant.*

De. *Virgo nihil habet.*

Mi. *Audivi.*

De. *Et inducenda indotata est?*

Mi.

SCENA VII.

MICIONE, DEMEA.

Mi. VOglio
Ire a dir loro, che noi siamo in ordine.

De. Ma eccolo. Egli è un pezzo, che ti cerco, Micion.

Mi. Che cos'è?

De. Ti do novella
Di altre enormi taccole di quel
Buon giovine. *Mi.* Oh, siam quì.

De. Ma cose non
Piu udite, e capitali. *Mi.* Oime; via basta.

De. Eh, tu non sai, che fior di virtù ei sia.

Mi. Lo so.

De. Semplice, credi, ch'io ti dica
Di quella cantatrice: questa volta
La si attaccò con una, cittadina.

Mi. Lo so.

De. Lo sai tu dunque, e tel comporti?

Mi. Perchè nol deggio comportare?

De. E non
Gridi, e non dai al diavolo? *Mi.* Nè anco
Una mala parola. *De.* E' nato egli
Un bambin. *Mi.* Siasi in buon punto.

De. La giovine
Non tien da far cantare un orbo.

Mi. L'ho
Inteso dire. *De.* E la si deve prendere

Mi. *Scilicet.*

De. *Quid nunc futurum eſt?*

Mi. *Id enim quod res ipſa fert:*
Illinc huc transferetur virgo.

De. *O Juppiter,*
Iſthoccine pacto oportet?

Mi. *Quid faciam amplius?*

De. *Quid facias, rogitas? ſi non re ipſa tibi iſthuc dolet,*
Simulare certe eſt hominis.

Mi. *quin jam Virginem*
Deſpondi: res compoſita eſt: fiunt nuptiæ:
Dempſi metum omnem: hæc magis ſunt hominis.

De. *Caterum*
Placet tibi factum, Mitio?

Mi. *Non, ſi queam*
Mutare: nunc cum non queo, æquo animo fero.
Ita vita eſt hominum, quaſi, cum ludas teſſeris:
Si illud, quod eſt maximè opus, jactu non cadit,
Illud, quod cecidit fortè: id arte ut corrigas.

De. *Corrector: nempe tua arte viginti minæ*
Pro pſaltria periere: quæ, quantum poteſt,
Aliquo obijcienda eſt; ſi non pretio, at gratis.

Mi. *Neque eſt, neque illam ſane ſtudeo vendere.*

De. *Quid igitur facies?*

Mi.

Senza dote? *Mi.* Se vi par.

De. Coſa diavolo
Si dee far? *Mi.* Quel, che ſi richiede. La
Giovine ſarà quì condotta in caſa
Noſtra. *De.* Oh, Giove, così ſi dee far eh?

Mi. Che poſſo io far di piu?

De. Che puoi tu fare
Mi dì? Se queſta coſa non ti tocca
Da vero, almen come uomo ragionevole
Finger dovreſti, che la ti peſaſſe.
Mi. Io anzi gli ho promeſſo queſta giovine,
La coſa è già finita, e ſi faranno
Le nozze, ſi è levato ogni ſoſpetto.
Queſto, vedete, è proceder da uomo.
De. E ti compiaci ancor di averlo fatto
Eh, Micion?

Mi Non ci ſarei coll' animo,
Potendolo evitar, ma non potendolo,
Lo ſoffro in pace. Il vivere del mondo,
E' quaſi come un giocar alle tavole:
Se nel tirar i dadi non arriva
Quel punto, che piu ſi aſpetta, conviene,
Ch' arte corregga fortuna. *De.* Buoniſſimo
Correttor, che ſei tu. Con queſta tua
Bell' arte, andaro al diavolo ducento
Scudi per quella cantatrice; la
Quale dovreſti il piu preſto, che puoi
O venderla, o donarla. *Mi.* Non è coſa
Da donare, e di venderla io non penſo.
De. Che ne vuoi dunque far?

Mi. *Domi erit.*

De. *Pro diuum fidem,*
Meretrix mater familias erit unam in domo?
Mi. *Cur non?*

De. *Sanum ne te credis esse?*

Mi. *Equidem arbitror.*
De. *Ita me Dij ament (ut video ego tuam ineptiam)*
Facturum credo ut habeas, quicum cantites.
Mi. *Cur non?*

De. *Et nova nupta eadem hæc discet?*

Mi. *Scilicet.*
De. *Tu inter eas restim ductans saltabis.*

Mi. *Probe.* De. *Probe?*
Mi. *Et tu nobiscum una, si opus sit.*

De. *Hei mihi,*
Non te hæc pudent? Mi. *Jamvero omitte, Demea,*
Tuam istham iracundiam, atque ita uti decet,
Hilarum, ac lubentem facte ingnati nuptijs.
Ego hos conveniam, post huc redeo.

De. *O' Juppiter,*
Hanccine vitam? hoscine mores? hanc dementiam?
Uxor sine dote veniet: intus psaltria est:
Domus sumptuosa; adolescens luxu perditus:
Senex delirans, ipsa, si cupiat, Salus,
Servare prorsus non potest hanc familiam.

ACTUS

Mi. Staraſſi in caſa.
De. O Dei; ſtaranno in una ſteſſa caſa
La meretrice, e la moglie?

Mi. Perchè
No? *De.* Credi tu mo d' eſſere in cervello?
Mi. Certo, che ſi.

De. Così mi ajuti Dio,
Come penſo, che tu lo faccia per
Avere con chi paſſartela cantando,
Tanto ti veggo rilaſciato. *Mi.* Chi
Sa? *De.* E la ſpoſa imparerà di queſte
Coſe? *Mi.* Beniſſimo.

De. E tu ancora menando
La danza, ballerai con eſſo loro.
Mi. Anzi. *De.* Anzi?

Mi. E occorrendo ballerete
Ancora voi. *De.* Oime! Non ti vergogni
Di queſte procedure? *Mi.* Omai, laſciate,
Demea, da parte coteſt' ira; e come
Si convien fate una volta buon viſo,
E ſtate allegro nelle nozze di
Voſtro figlio. Io vo' ire a ritrovar
Coſtoro, e poi tornerò quì. *De.* Oh Giove,
Che vita e queſta? che coſtumi ſono
Queſti? che pazzia è queſta? Quì la moglie
Vien ſenza dote, quì la cantatrice
E' in caſa, quì la ſpeſa è larga, quì
Il giovine è ne' vizj inſin la gola,
E il vecchio è fuor del ſeminato. Se
La ſteſſa Dea della ſalute ora
S' impegnaſſe a ſalvar queſta famiglia.
Nol potria mica far, che ſteſſe bene.

ACTUS QUINTI,

SCENA I.

SYRUS, DEMEA.

Sy. *Æ Depol, Syriſce, te curaſti molliter,*
Lauteque munus adminiſtraſti tuum.
Abi. ſed poſtquam intus ſum omnium rerum ſatur,
Prodeambulare huc libitum eſt.

De. *Illud ſis vide*
Exemplum diſciplinæ.
Sy. *Ecce autem hic adeſt ſenex*
Noſter: quid ſit? quid tu es triſtis?
De. *Obe, ſcelus.*
Sy. *Eho jam tu verba fundes hic ſapientia?*

De. *Tun? meus eſſes.*
Sy. *Dis quidem eſſes, Demea,*
Ac tuam rem conſtabiliſſes.
De. *Exemplum omnibus*
Curarem ut eſſes.
Sy. *Quamobrem? quid feci?*
De. *Rogas?*
In ipſa turba, atque in peccato maxumo,
Quod vix ſedatum ſatis eſt, potaſti ſcelus,

Re

ATTO QUINTO.

SCENA I.

SIRO, DEMEA.

Si. DA galantuomo, Siro mio, che ungeſti
Graziatamente il grifo, e feſti il tuo
Dover polito: va pur là, Ma poi
Che quì dentro mi ſon ben ſatollato
Di ogni coſa; mi piace egli di gire
Quì paſſeggiando.
De. Vedete un modello
Del ben viver
Si. Ma ecco il noſtro vecchio.
Che ſi fa? Che vuol dir, che andate voi
Così muſone? *De.* Ah, ſcellerato.
Si. To.
Voi, che ſiete la ſaviezza del Mondo
State ancor quì, gittando le parole?
De. Se tu mangiaſſi il mio pane...
Si. Sareſte
Voi ricco, o Demea; e avreſte meſſa in ſodo
Ogni voſtra faccenda. *De.* Vorrei bene,
Che tu foſſi di eſempio a tutti ve'.
Si. Perchè? cos' ho fatto io?
De. Che hai fatto? In queſto
Garbuglio, e in queſto diſordine tanto
Grande, che appena ſi ſoffocò giù;

Hai

quasi
Re bene gesta. Sy. *Sanè nollem huc exitum.*

SCENA II.

DROMO, SYRUS, DEMEA.

Dr. *HEus Syre, rogat te Ctesipho, ut re deas.*

Sy. *Abi.*

De. *Quid Ctesiphonem hic narrat?*

Sy. *Nihil.*

De. *Eho carnufex*
Et Ctesipho intus? Sy. *Non est.*

De. *Cur hic nominat?*
Sy. *Est alius quidam parasitaster parvolus:*
Nostin?

De. *Jam scibo.* Sy. *Quid agis?*
quò abis? De. *Mitte me.*
Sy. *Noli inquam.*

De. *Non manum abstines, mastigia?*
An tibi magis cerebrum dispergi hic?

Sy. *Abiit.*
Ædepol comessatorem haud sanè commodum,
Præsertim Ctesiphoni. Quid ego nunc agam?
Nisi, dum hæ silescunt turbæ, interea in angulum
Aliquò abeam, atque edormiscam hoc villi.
sic agam.

SCE-

Hai tu, forca, badato a bere, come
Se fosse mar pacifico? *Si.* Ora no,
Che non vorrei esser quì uscito.

SCENA II.

DROMONE, SIRO, DEMEA.

Dr. EH, Siro;
Tesifon dice, che tu torni da
Lui. *Si.* Va via.

De. Cosa dice costui
Di Tesifon? *Si.* Nulla.

De. Ah, briccone; c'è
Dentro Tesifon eh? *Si.* Mica.

De. A che dunque
Lo nomina costui? *Si.* E un certo altro,
Tesifone, che cresce a fare il
Parasito. Nol conoscete voi?
De. Adesso me ne chiarirò. *Si.* Che fate?
Dove andate voi? *De.* Lasciami.

Si. Vi dico
Di no. *De.* Non vuoi tener le mani a te
No pezzo d'asino? o vuoi, ch'io ti spacchi
La testa? *Si.* M'è fuggito. Per Dio, ch'egli
Vuol esser poco buon compagno a tavola;
Ed in particolar per Tesifone.
Ma adesso, che farò io? Se non vado
In qualche buco a dormire, finchè
Dia di volta questo rumor, e questo
Po' di vino? Così vo' fare.

SCE-

SCENA III.

MITIO, DEMEA.

Mi. PArata à nobis sunt, ita ut dixi, Sostrata.
Ubi vis. Quisnam à me pepulit tam graviter fores?

De. Hei mihi, quid faciam? quid agam? quid clamem, aut querar?
O cœlum, ò maria Neptuni. Mi. Hem tibi:
Rescivit omnem rem: id nunc clamat scilicet,
Paratæ lites: succurrendum est.
De. Eccum adest
Communis corruptela nostrum liberum.
Mi. Tandem reprime iracundiam, atque ad te redi.
De. Repressi, redij, mitto maledicta omnia:
Rem ipsam putemus. dictum inter nos hoc fuit,
Ex te adeò est ortum, ne te curares meum,
Nè ve ego tuum: responde.

Mi. Factum est, non nego.
De. Cur nunc apud te potat? cur recipis meum?
Cur emis amicam, Mitio? num qui minus
Mihi idem jus æquum est esse quàm mecum est

SCENA III.

MITIONE, DEMEA.

Mi. EGià
Dal nostro canto apparecchiato ogni
Cosa; siccome, o Sostrata vi dissi.
Potrete a piacer vostro ... Ma chi apre
L'uscio di casa mia con si grand' impeto?
De. O me meschin, che farò io? chi devo
Chiamar? di chi dolermi; o Cielo, o Terra,
O Mare! *Mi* Oh, Micione a te. Costui
Seppe ogni cosa. Certo, ch' egli grida
Per questo. Il foco è attaccato, ci vuol
Egli dell' acqua.
De. Ecco quì la rovina
Di tutti i miei figliuoli.
Mi. Eh via, frenate
La colera, e tornate in voi.
De. La ho
Frenata; son tornato in me: lascio ogni
Esagerazion. Veniamo al punto.
Non fu l' accordo tra noi; e tu stesso
L' hai fatto; che nè tu del mio, nè io
Del tuo figliuol non curassimo? di.
Mi. Egli è vero; io nol nego.
De. Perchè dunque
Sta il mio mangiando, e bevendo in tua casa?
Perchè gli dai ricetto? perchè gli
Provedi, o Micion, l' amica? è giusto,
Che

eſt tibis.

Quando ego tuum non curo, ne curam meum.

Mi. *Non æquum dicis, non; nam vetus verbum hoc quidem eſt,*

Communia eſſe amicorum inter ſe omnia.

De. *Facetè; nunc demum iſthæc nata oratio eſt.*

Mi. *Auſcultа paucis, niſi moleſtum eſt, Demea.*

Principiò, ſi id te mordet, ſumptum filij
Quem faciunt, quæſo facito hæc tecum cogites:
Tu illos duos olim pro re tollebas tua,
Quod ſatis putabas tua bona ambobus fore:
Et me tuum uxorem credidiſti ſcilicet
Ducturum: eandem illam rationem antiquam obtine.
Conſerva, quære, parce; fac quàm plurimum
Illis relinquas, gloriam tu iſtam obtine.
Mea, quæ præter ſpem evenere, utantur ſine.
De ſumma nihil decedet, quod hinc acceſſerit,
Id de lucro putato eſſe. omnia hæc ſi voles
In animo vere cogitare, Demea,
Et mihi, & tibi, & illis dempſeris moleſtiam.

De. *Mitto rem; conſuetudinem ipſorum.*

Mi.-

Che i medeſimi patti abbiam per te
Piu forza, che per me? S' io non mi do
Penſier del tuo, tu non tel dar del mio.

Mi. Voi non parlate in tuono; oibò: poichè
Dice il proverbio, vedete, che la
Roba è comune tra gli amici.

De. Oh bene;
Solo adeſſo tu il ſai. *Mi.* Non vi rincreſca,
Demea, ch' io dica due parole. Prima
Se vi punge, che i voſtri figli facciano
Quella ſpeſa, che fan, vi prego di
Conſiderar come una volta voi
Gli allevavate ſecondo le voſtre
Facoltà; perchè a loro non mancaſſe
Mai roba; e che da voi credeaſi allora,
Che ſenza dubbio io mi ammogliaſſi. Or bene.
Andate voi del medeſimo paſſo
Di prima; conſervate, guadagnate,
Riſparmiate, e laſciate loro quel
Piu, che potete, ed abbiatevi queſta
Gloria, e ſtate voi ſaldo mo, che ſpendano
La roba mia, che venne loro fuor
Di ſperanza. Così non verrà manco
Il voſtro capital: così, cio chè
Vi potrà rimaner del mio, dovete
Metterlo per trovato in ſulla ſtrada.
Se voi, Demea, vorrete ſanamente
Conſiderar nel voſtro animo tutto
Queſto, trarete di un affanno me,
Voi ſteſſo, e i voſtri figli.

De. Via, non parlo

Della

Mi. *Mane:*
Scio: iſthuc ibam. multa in homine, Demea,
Signa inſunt, ex quibus conjectura facilè fit;
Duo cùm idem faciunt, ſæpe ut poſſis dicere,
Hoc licet impunè facere huic, illi non licet:
Non quod diſſimilis res ſit, ſed quod is qui
facit.
Quæ ego eſſe in illis video, ut confidam
fore, ita
Ut volumus. video eos ſapere, intelligere,
in loco
Vereri, inter ſe amare: ſcire eſt liberum
Ingenium, atque animum: quovis illos tu die
Reducas. at enim metuas, ne ab re ſint
tamen
Omiſſiores paulò, o noſter Demea,
Ad omnia alia ætate ſapimus rectius:
Solum unum hoc vitium affert ſenectus homi-
nibus;
Attentiores ſumus ad rem omnes, quàm
ſat eſt:
Quod illos ſat ætas acuet.
De. *Næ nimium modò*
Bonæ tuæ iſtæ nos rationes, Mitio,
Et tuus iſte animus æquus ſubuortant.

Mi. *Tace,*
Non fiet. mitte jam iſthæc. da te hobie mihi,
Exporge frontem.
De. *Scilicet, ita tempus fert,*
Faciundum eſt: cæterum rus cras cum filio
Cùm

Della roba: ma i lor coſtumi... *Mi.* Piano:
V'intendo; io vi voleva appunto quì.
Son molti i ſegni nell'uomo per cui,
Demea, si vien facilmente a conoſcere
L'indole ſua: tanto, che ſe due fanno
Una coſa medeſima, ſi puo
Dir alle volte: a queſto non diſdice
Farla, ed a quello ſi; non perchè già
Sia diverſa la coſa; ma perchè
Diverſi ſon quei, che la fanno. I ſegni,
Ch'io vo ſcorgendo in coſtoro, ſon tali,
Che fermamente mi prometto di
Vederli a riuſcir dove aſpettiamo
Noi. Che, ſe pur temete, che ſien eglino
Un po' ſparnazzatori; o Demea mio,
L'età ci fa piu prudenti in ogni altra
Coſa; ma nello ſpendere ci pianta
Un vizio addoſſo, che ſtiamo attaccati
Alla roba piu che non ſi conviene.
Onde l'età li farà cauti.

De. Guarda
Ben, Micione, che coteſti tuoi
Bei diſcorſi, e che coteſto tuo modo
Bonario, non ci mandi in pricipizio.
Mi. Oh tacete; la non ſarà così.
Laſciate andar omai coteſte coſe;
Fate oggi a mio modo; ſtate allegro.
De. Sì sì; così richiede il tempo; è d'uopo
Accomodarſi: ma dimani nello

Cùm prima luce ibo hinc.

Mi. *Imò de nocte cenſeo:*
Hodie modò hilarum fac te.

De. *Et iſtam pſaltriam*
Unà illuc mecum hinc abſtraham.

Mi. *pugnaveris.*
Eo pacto prorſum illic alligaris filium:
Modò facito, ut illam ſerves.

De. *Ego iſthuc videro:*
Atque ibi favilla plena: fumi ac pollinis
Coquendo ſit faxo, & molendo: præter hæc,
Meridie ipſo faciam ut ſtipulam colligat:
Tam excoctam reddam, atque atram quam carbo eſt.

Mi. *Placet.*
Nunc mihi videre ſapere, atque equidem filium
Tum etiam ſi nolit, cogas, ut cum illa una cubet.

De. *Derides? fortunatus, qui iſthoc animo ſies.*
Ego ſentio.

Mi. *Ah pergis ne?*

De. *Jam jam deſino.*

Mi. *I ergo intrò: & cui opus eſt rei, hilarem*
hunc ſumamus diem.

SCENA IV.

DEMEA.

De. *NUnquam ita quiſquam bene ſubducta ratione ad vitam fuit,*

Quin

Spuntar del dì me ne andrò in villa con
Mio figlio. *Mi.* Mi par anzi, che dovreſte
Girvene queſta notte: ma ſtate oggi
Intanto di buon' aria. *De.* E meco ancora
Straſcinerò queſta ribalda.

Mi. Oh, voi
Farete un' azion grande; perchè
Così terrete là voſtro figliuolo
Fideicommiſſo. Ma avvertite, fatele
Buona cuſtodia. *De.* Laſcia far a me.
Al focolajo quivi, ed al molino
Farolla empir di cenere, di fumo,
E di farina: e in oltre ſul bel mezzo
Giorno la manderò cogliendo ſtoppia;
Tanto, che là ſi cuocerà, e verrà
Nera come un carbone. *Mi.* O ben, aſſai.
Mi par, che la intendiate: E in veri à,
Che dovreſte obbligar voſtro figliuolo,
A dormir ſeco per forza, ſe non
Voleſſe. *De.* Tu mi dai la berta eh?
Felice te, che ſei di ſi buon ſtomaco.
Io me le ſento al cor. *Mi.* Seguite voi
A farne delle voſtre? *De.* Eh taccio, taccio.
Mi. Entrate dunque in caſa, e come porta
L' occaſion, godiancela queſt' oggi.

SCENA IV.

DEMEA.

De. NOn ſi da mai neſſun di così giuſto
Sentimento nel vivere, che gli

Quin res, atas, uſus ſemper aliquid adportet novi,
Aliquid moneat: ut illa quæ te ſcire credas, neſcias:
Et quæ tibi putaris prima, in experiundo repudies:
Quod mihi nunc evenit. Nam ego vitam duram, quam duxi uſque adhuc,
Propè jam excurſo ſpatio, mitto: id quam obrem? re ipſa repperi,
Facilitate Nihil homini eſſe melius, neque clementia.
Id eſſe verum, ex me, atque ex fratre cuivis facilè eſt noſcere.
Ille ſuam ſemper egit vitam in otio, in convivijs:
Clemens, placidus, nulli ladere os, arridere omnibus:
Sibi vixit, ſibi ſumptum fecit; omnes benedicunt, amant.
Ego ille agreſtis ſevus, triſtis, parcus, truculentus, tenax.
Duxi uxorem. quam ibi miſeriam vidi? nati filij,
Alia cura: porrò autem dum ſtudeo, illis ut quàm plurimum
Facerem, contrivi in quærundo vitam, atque ætatem meam:
Nunc exacta ætate, hoc fructi pro labore ab his fero
Odium: ille alter ſine labore patria potitur com-

Accidenti, l'età, l'uſo non portino,
E non inſegnino a lui qualche coſa
Di novo: a tal, ch'egli è ſcolaro in quelle
Coſe di cui tenevaſi maeſtro.
E cio, che prima credea egli fior
Di coſtume, alle prove, ei ſe ne ſtomaca.
Ora interviene a me così, che a capo
Quaſi dell'età mia, vo' abbandonare
Quel gravoſo procedere, che tenni
Sin ad ora. E perchè queſto? Perchè
Lo eſperimento mi moſtra, che al Mondo
Non vi è coſa miglior, ch'eſſer trattabile,
Ed umano; e che ſia vero, guardando
Me, e mio fratello ſubito el ſi fa.
Ei viſſe ognora in bonaccia, e in convitti.
Fu benigno, piacevole, non diſſe
Mai a neſſun una torta parola.
Seppe ſtare con tutti, ſeguitò
Il ſuo bel genio, e ſi mantenne con
Aria. Ognun ne dice il bene, ognuno
L'ama. Son io quel rozzo, quel crudele,
Quel muſone, quel miſero, quel metti
Spaſimo, quel avaro. Io preſi moglie,
E qual'affanno non ci ritrovai?
Ebbi figliuoli; eccomi a un altro oſtico
Boccone. In ſomma aguzzando l'ingegno
Per laſciar loro quel piu, ch'io poteva,
Conſumai vita, ed anni: ed ora nella
Mia vecchiezza quel frutto, che ricavo
Delle fatiche è l'odio, che mi portano.
Quell'altro mio fratello ſenza eſſerſi

commoda:
Illum amant, me fugitant: illi credunt conſilia omnia,
Illum diligunt, apud illum ſunt ambo: ego deſertus ſum:
Illum, ut vivat optant; meam autem mortem expectant ſcilicet.
Ita eos meo labore eductos maximo, hic fecit ſuos
Paulo ſumptu: miſeriam omnem ego capio, hic potitur gaudia.
Agè, agè, nunc experiamur contra hæc, quid ego poſſiem
Blande dicere, aut benigne facere, quando eo provocat.
Ego quoque à meis me amari, & magni pendi poſtulo:
Si id fit dando, atque obſequendo, non poſteriores feram.
Deerit: id mea minimè refert, qui ſum natu maximus.

SCENA V.

SYRUS, DEMEA.

Sy. *HEus Demea, rogat frater, ne abeas longius.*
De. *Quis homo? ò Syre noſter, ſalve, quid fit? quid agitur?*
Sy. *Rectè.* De. *Optimè eſt. Jam nunc hæc tria primum addidi*

Pre-

Dato a uno ſtento, gode il ben, che puo
Venir a un padre dai figliuoli. Eglino
Amano lui, fuggono me; a lui ſcoprono
Il core, a lui ſono dietro, e con lui
Stanno entrambi. Ed io ſon l'abbandonato.
Bramano, ch'egli viva, e ſenza dubbio
Aſpettano, ch'io mora. Così egli
Fece ſuoi con pochiſſimo coloro,
Che a me coſtano tanto. Io ho le moſche;
Egli ha il mele. Orſu via; mutiamo un poco
Regiſtro: e vediam mo, s'io poſſa eſſere
Luſingante, e benigno; dacchè egli
Ad eſſerlo m'incita. Anch'io deſidero
D'eſſer amato, e ſtimato da' miei.
E ſe queſto s'ottien col dare il ſuo,
E col ſecondar gli altri, io non ſarò
Degli ultimi; ſe roba mancherà,
Non ci do un pelo. Io ve', ſono il piu vecchio.

SCENA V.

SIRO, DEMEA.

Si. EH dico, Demea, voſtro fratel pregav
A non allontanarvi.
De. Chi mi chiama?
O Siro mio, buondì; come ſtai? coſa
Si fa? *Si.* Bene. *De.* Polito. Son pur io
Sbucato per la prima volta con

Præter naturam, ò noſter, quid ſit? quid agitur?
Servum haud illiberalem præbes te, & tibi
Lubens bene faxim.

Sy. *Gratiam habeo.*

De. *Atqui, Syre,*
Hoc verum eſt, ipſa re experiere propediem.

SCENA VI.

GETA, DEMEA.

Ge. *HEra, ego hinc ad hos proviſam, quam mox Virginem*
Accerſant: ſed eccum Demeam: ſalvos ſies.
De. *Oh, quì vocare?*

Ge. *Geta.* De. *Hominem maxumi*
Pretij eſſe te, hodie judicavi animo meo:
Nam is mihi eſt profectò ſervus ſpectatus ſatis,
Cui dominus curæ eſt, ita ut tibi ſenſi, Geta:
Et tibi ob eam rem, ſi quid uſus venerit,
Lubens bene faxim. Meditor eſſe affabilis,
Et bene procedit.

Ge. *Bonus es, cum hæc exiſtimas.*
De. *Paulatim plebem primulum facio meam.*

Queſte tre parolette, che non ſanno
Punto del mio coſtume: O Siro mio,
Come ſtai? coſa ſi fa? Tu, ſai, moſtri
D'eſſere un ſervo da bene: ed io ti
Farò ſervigio volentieri, *Si.* Rendovi
Grazie. *De.* Perchè tu creda, Siro, ch'io
Non dico falſo, preſto lo vedrai
In effetto.

SCENA VI.

GETA, DEMEA.

Ge. PAdrona, anderò io
Da loro per veder quanto ſtaranno
A chiamare la ſpoſa. Ma ecco Demea.
Bacio le mani. *De.* O ve'. Come ti chiami?
Ge. Geta. *De.* Geta, queſt'oggi tra di me
Io t'ho conſiderato per un uomo
Di gran valuta: Perchè certamente
Colui mi par buon ſervo, che ſi vede
Avere al cor gl'intereſſi del ſuo
Padron, com'io di te mi accorſi. Onde
S'egli mi verrà in taglio ti farò
Servigio volentieri. Io vo ingegnandomi
D'eſſer corteſe, e ci rieſco sì.
Ge. Voi ſiete un galantuomo, ſe penſate
Così del fatto mio. *De.* Bel bello intanto
Io tiro dalla mia coſtoro.

SCENA VII.

ÆSCHYNUS, DEMEA, SYRUS, GETA.

Æs. *Occidunt me quidem, dum nimis ſanctas nuptias*
Student facere: in apparendo conſumunt diem.
De. *Quid agitur, Æſchyne?*
Æs. *Hem pater mi, tu hic eras?*
De. *Tuus hercle verò, & animo, & natura pater,*
Qui te amat plus, quam hoſce oculos. Sed cur non domum
Uxorem accerſis?
Æs. *Cupio. Verum hoc mihi mora eſt,*
Tibicina, & hymenæum qui cantent.

De. *Eho,*
Vin' tu huic ſeni auſcultare? Æs. *Quid?*
De. *Miſſa hac face,*
Hymenæum, turbam, lampadas, tibicinas.
Atque hanc in horto maceriam jube dirui
Quantum poteſt: hac transfer, unam fac domum;
Traduce & matrem & familiã omnem ad nos.
Æs. *Placet,*
Pater lepidiſſime. De. *Euge, jam lepidus vocor.*
Fratri ædes fient pervia, turbam domum
Adducet, & ſumptum admittet: multa; quid mea?

Ego

SCENA VII.

ESCHINO, DEMEA, SIRO, GETA.

Eſ. AL certo,
Che mi crucciano col voler le nozze
Così pompoſe. Conſumano tutto
Queſto dì in apparecchi. *De.* Che ſi fa,
Eſchino? *Eſ.* O padre, voi ſiete quì.
De. Padre
Ti ſon io ſenza dubbio, ve', per genio
E per natura; e che t' ama piu di
Queſti occhi miei. Ma perchè non conduci
Tua moglie a caſa noſtra?
Eſ. Io lo deſidero:
Ma perchè ſi vuol egli aſpettar la
Suonatrice, ed i muſici, s' indugia.
De. Oh, dì, vuoi tu badare a queſto vecchio?
Eſ. Ed in che mai?
De. Laſcia tu andare i muſici,
I convitati, le lampade, e la
Suonatrice. Fa, che ſi getti a terra
Queſta parete dell' orto in un tratto,
Fa tutto un loco, e fa paſſar la ſpoſa,
Sua madre, e tutta la famiglia in caſa
Noſtra. *Eſ.* E' mi piace, o mio padre amorevole.
De. Oh ve' mo, che mi chiama egli amorevole.
Così faraſſi ſtrada aperta alla
Caſa di mio fratello; conduravvi
Eſchino le femmine a truppe; ſi
Faran le ſpeſe aſſai piu larghe; oh mille

Inco-

Ego lepidus ineo gratiam. Jube nunc jam
Dinumeret Babylo illi viginti minas.
Syre, ceſſas ire, ac facere?

Sy. *Quid ergo?*

De. *Dirue*
Tu illas; abi,& tra duce. Sy. *Dij tibi Demea,*
Bene faciant, cum te video noſtræ familiæ
Tã ex animo factum velle. De. *Dignos arbittor.*
Quid tu ais?

Æſ. *Sic opinor.*

De. *Multò rectius eſt,*
Quam illam puerperam nunc duci huc per viã
Ægrotam. Æſ. *Nihil enim vidi melius, mi pater.*
De. *Sic ſoleo. ſed eccum Mitio egreditur foras.*

SCENA VIII.

MITIO, DEMEA, ÆSCHYNUS.

Mi: *Jubet frater? ubi is eſt? tu ne jubes hoc, Demea?*

De. *Ego verò jubeo, & hac re, & alijs omnibus*
Quam maximè unam facere nos hanc familiam,
Colere, adiuvare, adiungere.

Æſ. *Ita quæſo, pater.*

Mi. *Haud aliter cenſeo.*

De. *Imò hercle ita nobis decet,*
Primum hujus uxoris eſt mater.

Mi.

Incomodi. Ma coſa importa a me?
Io già ſon l' amorevole. Olà conti
Quel Signorone di Eſchino ducento
Scudi a colui. E tu, Siro, che badi,
Che non vai, che non fai? *Si.* Coſa ho a far io?
De. Batti giu quella parete: cammina;
E conducele quì. *Si.* Che gli Dei poſſano
Piovervi ben, Demea, giacchè vi vedo
Tanto diſpoſto per noi. *De.* Mi par egli,
Che voi lo meritiate. Che ne dì
Tu? *Eſ.* Son io del penſier voſtro, vedete.
De. E' meglio aſſai condurre per di qua,
Che non faria per la ſtrada una giovine
Di parto, e indebolita. *Eſ.* Io mai non vidi
Nulla di piu ben fatto, o padre. *De.* E' queſto
Il mio ſolito. Ma vien Micione.

SCENA VIII.

MICION, DEMEA, ESCHINO.

Mi. Mio fratello il comanda? Dov'è egli?
Comandate voi, Demea, queſta coſa?
De. Si certo, e così in queſta, come in ogni
Occaſion, dobbiam voler, che ſia
Queſta famiglia una con noi; dobbiamo
Amarla, darle ajuto, imparentarſela
Piu che ſi puo.

Eſ. Si, ve ne prego, o padre.

Mi. Io non ci ſon diſcoſto.

De. Anzi per Dio
Ci convien fare a queſto modo. Or bene

Pri-

Mi. *Quid poſtea?*
De. *Proba, & modeſta.*
Mi. *Ita ajunt.*
De. *Natu grandior.*
Mi. *Scio.*
De. *Parere jandiu per annos hæc non poteſt:*
Nec qui eam reſpiciat, quiſquam eſt: ſola eſt.
Mi. *Quam hic rem agit?*
De. *Hanc te æquum eſt ducere: & te operam,*
ut fiat dare.
Mi. *Me ducere autem?*
De. *Te* Mi. *Me?*
De. *Te inquam.* Mi. *Ineptis.* De. *ſi tu ſis homo,*
Hic faciat. Æſ. *Mi pater.*
Mi. *Quid? tu autem huic, aſine, auſcultas?*
De. *Nihil agis:*
Fieri aliter non poteſt. Mi. *Deliras.*
Æſ. *Sine te exoram, mi pater.*
Mi. *Inſanis? aufer.* De. *Age, da veniam filio.*
Mi. *Satin' ſanus es? ego*
Novus maritus anno demũ quinto & ſexageſimo
Fiam? atque anum decrepitam ducam? id
ne eſtis autores mihi?
Æſ. *Fac, promiſi ego illis.*
Mi. *Promiſti autem? de te largitor, puer.*
De. *Age, quid ſi quid te majus oret?*

Mi. *Quaſi hoc non ſit maximum.*
De. *Age, da veniam.*
Æſ. *Ne gravare.* De. *Fac, promitte:*

Mi.

Primieramente, vi è la madre della
Spoſa. *Mi.* Gli è vero; e per queſto?
De. Ch' è donna
E da bene, e modeſta. *Mi.* Così dicono.
De. E attempata.
Mi. Lo ſo.
De. Tanto, ch' è un pezzo,
Che non puo piu figliare.
Mi. Coſa medita?
De. Onde vuol ogni ragione, che tu
La prenda in moglie; e che tu faccia opera
Pèrchè cio ſia. *Mi.* Ch' io la prenda per moglie?
De. Tu. *Mi.* Io?
De. Tu, dìco *Mi.* Oh, goffo. *De.* E ſe tu ſei
Un uom, gliel farai fare. *Eſ.* Oh caro padre...
Mi. Che? uvoi badar a lui, beſtia?
De. Eh, non ti
Giova; non ſi puo far di manco. *Mi.* Voi
Siete fuor di calende. *Eſ.* Padre, fatemi
Queſta grazia. *Mi.* Sei pazzo? Va. *De.* Orſu via,
Da queſto guſto a tuo figlio. *Mi.* Ma avete
Cervello, che vi baſti? degg' io farmi
Lo Spoſo in età di ſeſſanta cinque
Anni, e prendere una vecchia decrepita?
Queſto volete inſinuarmi? *Eſ.* Oh fatelo;
Ch'io l'ho promeſſo loro. *Mi.* L'hai promeſſo?
Diſponi di te ſteſſo, fraſca. *De.* Oh, via;
Che poi fareſti, s' egli ti chiedeſſe
Qualche gran fatto? *Mi.* Si, come ſe queſto
Non foſſe egli grandiſſimo. *De.* Su, fagli
Grazia. *Eſ.* Non la vi peſi. *De.* Falla, dico,

Pro-

Mi. *Non omittis?*

Æſ. *Non niſi exorem.* Mi. *Vis. eſt hæc quidem.*

De. *Age, prolixè, Mitio.*

Mi. *Et ſi hoc mihi pravum, ineptum, abſurdum, atque alienum à vita mea*
Videtur: ſi vos tantopere iſthuc vultis, fiat.

Æſ. *Bene facis;*
Meritò te amò. De. *Verum, quid ego dicam? hoc conſit, quod volo:*
Quid nunc quod reſtat? Hegio hic eſt cognatus proxumus,
Affinis nobis, pauper: bene nos aliquid facere illi decet.

Mi. *Quid facere?* De. *Agelli hic ſub urbe eſt paulum, quod locitas foras:*
Huic demus, qui fruatur.

Mi. *Paululum id autem?*

De. *Si multum ſit,*
Faciundum eſt: pro patre huic eſt, bonus eſt, noſter eſt, rectè datur.
Poſtremò, non meum illud verbum facio, quod tu, Mitio,
Bene & ſapienter dixti dudum: vitium commune omnium eſt,
Quod nimium ad rem in ſenecta attenti ſumus: hanc maculam nos decet
Effugere: dictum eſt verè, & re ipſa ſieri oportet, Mitio.

Mi. *Quid iſthuc? dabitur quidem quando hic volt.*

Æſ.

Promettigli. *Mi.* Non volete tacere?
Eſ. No, ſe non vi arrendete. *Mi.* Oh, queſta al certo
E' una violenza. *De.* Via, via, falla
Da valoroſo, Micion. *Mi.* Se bene
Queſto mi ſembra mal fatto, ridicolo
Diſdicevole, e oppoſto al mio carattere;
Quando con tal calor voi lo bramate,
Facciaſi. *Eſ.* Oh bene bene. So, che s'io
V'amo, lo meritate. *De.* Ora, che deggio
Voler piu io? Non ſi oppongono a nulla.
Ma non parliam del reſto? Egione è
Stretto parente di coſtoro; e anco
Per conſeguenza di noi altri; è povero;
Onde uvole il dover, che gli preſtiamo
Qualche ſoccorſo: *Mi.* E qual? *De.* Qui ſotto le
Mura della Città vi è egli un picciolo
Poder, che tu lo affitti non ſo a chi;
Diamolo a lui, che ſel goda. *Mi.* Il chiamate
Un picciolo poder? *De.* Anco che ſia
Grande, biſogna farlo. E' in loco di
Padre a coſtei, è un uom da bene, è coſa
Noſtra; ſarà ben dato. E cosi in ſomma
Io non farò cader ſopra di me,
O Micion, quel proverbio, che poco
Fa, bene, e ſaviamente hai detto; che egli
E comun vizio l' eſſere da vecchi
Troppo avidi di roba. Dobbiam noi
Scanſar queſto diffetto. Hai tu parlato
Beniſſimo, e convien, o Micione,
Che tu parli beniſſimo coll'opere
Ancora. *Mi.* Perchè no? Gli ſarà dato,

Æſ. *Mi pater.*

De. *Nunc tu mihi es germanus pariter*
Corpore & animo. Mi. *Gaudeo.*
De. *Suo ſibi hunc gladio jugulo.*

SCENA IX.

SYRUS, DEMEA, MITIO, ÆSCHYNUS.

Sy. *Factum eſt, quod juſti, Demea.*
De. *Frugi homo es: adepol hodie mea*
quidem ſententia
Iudico Syrum fieri eſſe æquum liberum.
Mi. *Iſthunc liberum?*
Quodnam ob factum? De. *Multa.*
Sy. *O noſter Demea, adepol vir bonus es.*
Ego iſtos vobis uſque à pueris curavi ambos
ſedulo:
Docui, monui, bene præcepi ſemper quæ po-
tui omnia.

De. *Res apparet: & quidem porrò hæc, obſo-*
nare, cum fide
Scortum adducere, apparare de die convi-
vium,
Non mediocris hominis hæc ſunt officia.
Sy. *O lepidum caput!*
De. *Poſtremo, hodie in pſaltria iſta emunda,*
hic adiutor fuit,
Hic curavit: prodeſſe æquum eſt: alij melio-
res erunt.

Deni-

Se Eſchino ſi contenta. *Eſ.* O caro padre.
De. Ora mi ſei fratello per natura,
E per animo. *Mi.* Godo.
De. Io lo feriſco
Con la ſua ſpada.

SCENA IX.

SIRO, DEMEA, MICIONE, ESCHINO.

Si. E' Fatto egli quel che
Mi avete comandato, Demea. *De.* Sei
Galantuomo. Ora certo a parer mio
E' giuſto, che Siro ſia fatto libero.
Mi. Coſtui libero? ve' per qual cagione?
De. Per molte.
Si. Oh Demea noſtro, per Dio, che
Siete un grande uom da bene. Io io, vedete,
Ho coſtudito attentamente da
Piccioli in ſu tutti due i voſtri figli.
Io gli ho diſciplinati, io gli ho ammoniti;
Ed ho loro iſtillato le migliori
Maſſime, ch' ho potuto. *De.* El ſi conoſce.
Certo, che il proveder ghiotti bocconi,
Il condur fedelmente a loro le
Amiche, il porr' in ordine un convitto
All' improviſo, non ſon mica impreſe
Da uomeni ordinari. *Si.* O ſiete lepido.
De. Egli lo aſſiſtì oggi finalmente
A comprar queſta cantatrice; egli
N' ebbe cura: ond' è giuſto, che gli venga
Reſo del ben. Si troveranno là

Denique hic vult fieri.

Mi. *Vin' tu hoc fieri?*

Æs. *Cupio.* Mi. *Si quidem*
Tu vis: Syra, eho accede huc ad me: liber esto. Sy. *Bene facis.*
Omnibus gratiam habeo, & seorsum tibi praterea, Demea.
De. *Gaudeo.*

Æs. *Et ego.*
Sy. *Credo: utinam hoc perpetuum fiat gaudium;*
Phrygiam ut uxorem meam una mecum videam liberam.
De. *Optumam quidem mulierem.*

Sy. *Et quidem tuo nepoti huius filio*
Hodie prima mammam dedit hac.

De. *Hercle verò serio*
Siquidem prima; dedit, haud dubium, quin emitti æquum siet.
Mi. *Ob eam rem?*
De. *Ob eam: postremò à me argentum quanti est, sumito.*
Sy. *Dij tibi, Demea, oro omnes semper omnia optata offerant.*
Mi. *Syre, processisti hodie pulchrè.*

De. *Siquidem porro, Mitio,*
Tu tuum officium facies, atque huic aliquid paululum præ manu
Dederis, unde utatur. Reddet tibi cito.

Mi. *isthoc vilius.*

Æs. *Frugi homo est.*

Sy.

Degli altri servi migliori di lui.
E poi lo uvole Eschin, ch' egli sia fatto
Libero. *Mi.* Lo uvoi tu?

Es. Lo bramo. *Mi.* Quando
Tu lo voglia, vien qua, Siro; ti do la
Libertà. *Si.* Oh buono, buono: vi ringrazio
Tutti, e voi, Demea, sopra gli altri.

De. Io mi
Consolo. *Es.* Ed io così.

Si. Nessono certo.
E facciano gli Dei, che sia compiuta
Questa allegrezza; sicchè io vegga Frigia
Mia moglie libera meco. *De.* O Per certo,
Ch' è una buonissima donna tua moglie.
Si. E' stata ella la prima oggi, sapete,
Ad allattare vostro nipotino
Figlio di Eschin. *De.* Affè di Dio mo, ch' ella
Quand' abbia questo merito, dee avere
La libertà, senza dubbio nessuno.
Mi. Per questo?

De. Si per questo, che alfin poi
Io son viso da darti quel dinaro,
Che vale. *Si.* Oh, che possiate voi toccare
Il Ciel col dito, Demea.

Mi. Oh, Siro, oggi
Hai di che star allegro si. *De.* Tu devi
Poi, Micion, a farla propriamente
Dar a costui qualche cosetta alla
Man da ingegnarsi. Ei ti renderà tosto
Il tuo *Mi.* Non mi darà piu un pelo.

Es. Eh, si;
Ch'

Sy. *Reddam hercle, da modo.*
Æſ. *Age pater.* Mi. *Poſt conſulam.*
De. *Faciet.* Sy. *O vir optime.*
Æſ. *O mi pater feſtiviſſime,*
Mi. *Quid iſthuc? qua res tam repente mores mutavit tuos?*
Quod proluvium? qua iſthac ſubita eſt largitas?

De. *Dicam tibi:*
Ut id oſtenderem, quòd te iſti facilem, & feſtivum putant,
Id non fieri ex vera vita, neque adeo ex æquo & bono:
Sed ex aſſentando, indulgendo, & largiendo, Mitio.
Nunc adeo ſi ob eam rem vobis mea vita inviſa eſt, Æſchyne, (obſequor;
Quia non juſta injuſta, prorſus omnia omnino
Miſſa facio: effundite, emite, facite quod vobis lubet. (ſcentiam
Sed ſi id vultis potius, quæ vos propter adoleMinis videtis, magis impenſe cupitis, conſulitis parum,
Hæc reprehendere, & corrigere me, & obſecundare in loco;
Ecce me, qui id faciam vobis.
Æſ. *Tibi, pater, permittimus.*
Plus ſcis, quid facto opus eſt. Sed de fratre quid fiet?
De. *Sino;*
Habeat: in iſthac finem faciat.
Æſ. *Iſthuc recte. Plaudite.*

F I N I S.

Ch'è galantuom. *Si* Vel renderò per Dio.
Date pur qua. *Eſ.* Via, padre. *Mi.* Penſerò:
De. Lo farà ſi. *Si.* Oh, Padron mio da bene.
Eſ. Oh, padre mio gentiliſſimo.
Mi. Coſa
Ora è queſta? da che naſce, che voi
Cos'in un'attimo avete cangiato
Coſtume? che ſcialaquamenti, che
Repentina generoſità è queſta?
De. Ti dirò; faccio per moſtrarti la
Cagione, onde ti ſpacciano coſtoro
Per benigno, e piacevole. Che queſto
Non procede da retto modo di
Viver, nè da virtù, nè da bontà,
Ma dall'accarezzar, dal ſecondare,
E dall'aver le man forate, ſai,
Micion. Ora, o Eſchino, ſe perch'io
Non vi vado pei verſi in ogni coſa
Giuſta, o ingiuſta, che ſia, ſon mal voluto,
Io taccio: diſſipate, rovinate,
Fate quel, che volete. Che ſe poi
In quel, che voi per gioventù vedete
Manco, bramate molto, e bilanciate
Poco, vi piacerà, ch'io vi ripigli,
Ch'io vi coregga, e che a ſuo tempo io
V'indrizzi, eccomi pronto.
Eſ. Io mi rimetto
A voi, padre: ſapete il mio biſogno
Voi piu di me. Ma che ſarà di mio
Fratello? *De.* Laſcio andare. Abbia coſtei;
Ma faccia punto fermo. E *De.* O bene, bene.
Eſ. Voi altri fate ſegno di allegrezza.

I L F I N E.